



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

XX. Linus idem ac Moses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

adscripta est à Berofo, & Eupolemo, & Artapano, Astronomiæ inventio; & de eo ait Dominus apud Isaiam: *Quia unum vocavi eum.* Unde *μονογενής* dictus videri potest, uti observatum doctissimo Grotio: quamquam illic *אברהם* dicitur Abrahamus, hoc est *Unus*, non *יחיד* *Unigenita*. Itaque unus est ratione *ἀπογεγεννημένος*, qui innumeri ex uno illo prodierunt; non vero ratione *ἀμφοτέρων*, quod tamen necesse erat, ut *Unus* exponi posset *μονογενής*. Prisca vero illa Argonautica, Orphei sunt cuiusdam Crotoniatae, quem Suidas Pisistrati temporibus floruisse docet. Hymnos autem, & librum De lapidibus sibi vindicat Onomacritus, Pisistrato itidem aequalis. Testes sunt Tatianus & Suidas. Quemadmodum enim sub Musæi nomine *ῥησμούς* ediderat, ut perhibent Herodotus, & Clemens Alexandrinus; ita & sub Orphei nomine has scriptio- nes lucubravit. Sed ad rem. Vaticinia in Ægypto à se edita esse profiteretur Orpheus in Argonauticis, quod vere præstitit Moses. Itaque inter gnaros futurorum vates, Orpheum, Musæum, & Moïsem Strabo collocavit; veriusque dixit Celsus quam censuit, cum Orpheum *hand dubie sancto afflatum fuisse spiritu, ἀμφοτέρωθεν ὅσῳ ῥησάμενον πνεύματι* affirmavit. Lyra à Mercurio inventa, ab Apolline Orpheo tradita est; quippe unus Moses tribus his exprimitur: proptereaque in cælum translata esse fertur Orphei lyra, quod Dei laudes Hymnis suis Moses concelebravit. Feras cantu mansuefacere dictum esse Orpheum testatur Horatius, quod sylvestres homines victu fædo, & cædibus deterruent: quo Moïsi in Israëlitis delimiendis, & ad obsequium suum fle- cendis, ac per desertâ circumducendis notatur industria, & eloquentiæ vis ad per- suadendum efficax. Leges etiam, itidem ut Moïses, Orpheus scripsisse fertur. Magia- scientissimus dicitur fuisse Orpheus, & Idæorum Dactylorum occultis artibus institu- tus, quod Magorum Ægyptiorum præstigijs eluserit Moïses, omnemque eorum indu- striam superarit. Quomobrem & Moïsem, *ὡς γόητα & ἀπατεῖνα, ut præstigiatorum & im- postorem*, nonnulli calumniati sunt. Orpheo denuntiat Iafon, in Argonauticis, sine eo in Colchidem pervenire non posse Argonautas: quippe Israëlitis Chananaeam adeun- di auctor & dux Moïses fuit. Quemadmodum Bacchus matrem Jovis ignibus necatam, ita uxorem serpentis morſu interentam Orpheus ad vitam revocavit: an quod Moïses Israëlitas serpentis morſibus infestatos, excitato Serpente æneo, incolumes præstitit; an quod Mariam sororem lepris laborantem sanavit? Ad inferos bis adiisse dicitur Or- pheus; quod & infans in Nilum tanquam periturus abjectus sit Moïses, & quod pro- pter diuturnam in monte cum Deo pertractam moram periisse creditus sit. Quidam Orpheum fulmine à Jove percussum interiisse volunt; argumento ducto vel à fulguri- bus & tonitribus grandine mistis, quæ ad domandam Pharaonis contumaciã Moïses extensa virga de cælo clicuisse memoratur in Exodo; vel ab iis quibus Sinai montis vertex perſtrepebat, cum Deum Moïses alloqueretur. Caput Orphei in Hebrum flu- vium projectum fuisse fertur, quod profluente Nili Moïses infans commissus sit. Caput Orphei revulsum à cervice fabulantur fuisse loquax, & consultum de futuris veridica responsa dedisse: fortasse quod Moïses, Propheta ut erat, in libris suis superscriptis, & futurorum prænuntiis, tanquam in re præſenti loqui visus sit. Latet & anei Ser- pentis historia in fabula, quam narrat Ovidius de serpente, qui caput Orphei denti- bus invadens, ab Apolline in lapidem mutatus est. Orphei mortem infinitis stertibus Bistonides femina prosecuta sunt, ut scribit Antipater in Anthologia. Quotannis si- militer Adonin, quem Moïsem esse ostendimus, mulieres lugebant. Moïsem *steverunt filii Israel in campeſtribus Moab triginta diebus.* In Olympo monte, juxta Pausaniam, & Antipatrum, sepultus est Orpheus: Moïses in monte Nebo obiit. Quid plura, cum sce- nam hanc omnem aperte retegat Aristoteles, quem scripsisse testificatur Cicero, Or- pheum nunquam fuisse? Eiusdem aſertorem sententiæ Dionysium quemdam citat Sui- das. Sed & Androtion apud Ælianum, docet nullam literarum notiã Thracas ha- buisse; imo vero literis uti in rebus turpissimis habuisse; unde colligit, male inter Sa- pientes recenseri Orpheum, ipsique adscripta carmina esse suppositicia. Addimus nos, supposititium esse & ipsum, & quasunque de eo fabulas Mythologi referunt, muta- to nomine de Moïse narrari.

Berof apud Jo- seph. Antiq. libr. 1. cap. 8. Eupol. & Ar- tap. apud Euf. Præp. Ev. l. 9. Is. 51. 2. Grot. Annot. ad l. i. De verit. relig. Christ. Suid. in Op- 66. Tatian. Orat. contr. Gent. Herodot. libr. 7. cap. 6. Clem. Alex. Strom. 1. Strab. libr. 16. Cels. apud Ori- gen. contr. Cels. libr. 7.

Horat. De art.

Joseph. libr. 2. contr. Apion.

Exod. 9. 23.

Ovid. Metam. libr. 11.

Anthol. libr. 3. c. 25. Epigr. 10. Deut. 34. 8. Paul. Bæotic. Antip. Anthol. libr. 1. cap. 25. Epigr. 9. Cicero. libr. 1. De nat. Deor. Suid. in Op- 66. Ælian. Var. Hist. l. 8. c. 6.

XX. Multa Linus cum Orpheo communia habet; tempus, parentes: nam Mer- curio natum Linum quidam statuunt, alii Apolline; quapropter & Orphei fratrem fuisse tradit Apollodorus. Sapientia commendatur uterque; & cum eos collocet inter sapientes Celsus apud Origenem, tum Lino primum locum tribuit. Scripsisse dicitur uterque de rerum principiis. Ac Linum quidem memorant Diogenes Laërtius, & Johan- nes Tzetzes, de mundi ortu, de plantarum, animaliumque generationibus scripsisse, atque hoc Poëmaturum suorum exordium fecisse:

Linus idem ac Moïses. Apollod. lib. 2. Origen. libr. 1. contr. Cels. Diog. Laërt. Proœm. Tzetz. in He- sod. l. 27.

ἢν ποτὲ πῆ χεῖρ' ὁ θεῶν, ἐν ᾧ ἅμει πάντα ἐπέφυκε,
Fuit aliquando tempus illud, cum omnia simul orta sunt.

O

- quod Mosaicae Geneseos exordio simillimum est. Versus utriusque falso sunt adscripti, nec enim ullos vel scripsisse Linum, vel ad posteros pervenisse retur Pausanias. Theologus uterque, & de rebus Theologicis scripsisse fertur: nam de Lino id Servius asserat. Poeta uterque: musicus quoque, & citharcedus. Quae tribuitur ipsi lyrae repta laus, eandem ab aliis concedi Orpheo, ab aliis Amphioni, quem Mosem quoque personatum esse ostendam, Plinius docet. Vaticinator uterque & fatidicus: talem quippe fuisse Linum Servii sententia est. Orphei denique praeceptor Linus fuisse dicitur. Maximis uterque lamentis & planctibus post mortem comploratus est. Unde & lugubre quoddam cantionis genus, Linus dictum est. Unde & Hesiodus apud Eustathium, ait cantores omnes & citharcedos in conviviis & tripudiis à Lini deploratione ordiri, & in eadem finire. Atque haec quidem omnia ut Mosi conveniant, proxime demonstravi. Sed & alia quaedam sibi propria habet Linus, quibus etiam Moses esse approbatur. Aegyptium fuisse narrat Herodotus, & nomen Aegyptium habuisse, Maneros: in quo vestigia agnosco nominum, Monimos, & Monios, quibus Moses affectus est, inserta canina litera, vel extrita, uti saepe fit. Primi Dionysi res gestas Pelasgicis literis descripsisse Linum testatur Diodorus. Atqui Dionysus ille fuit Moses. Ergo id sibi vult, Mosem gesta Mosi descripsisse, quod verissimum est. Pelasgicae literae barbare erant, ut testis est Herodotus, & Graecis ignorabiles, perinde ut Ebraicae. Itaque in discernendis illis errare promptum fuit. Atqui legimus apud Suidam, primum Linum ex Phoenice in Graeciam literas intulisse: unde credi posset Phoenicis literis, quas callebat, Dionysi historiam consignasse. Verum res aliter se habet: eo quippe intelligendum est, Ebraica lingua, quae Phoeniciae proxima & persimilis erat, Mosi historiam à Mose ipso fuisse exaratam. Caeterum auctor est Eupolemus apud Clementem & Eusebium, à Mose Judaeos literas accepisse, ab his Phoenices, ab istis deinde Graecos: & nos praeterea notavimus literarum usum Mercurio suo, qui Moses est, Aegyptios acceptum referre. Herculis praeceptor fuisse fertur Linus: Josuam Herculem esse suo docebimus loco. En tibi vero Mosem Josuae praecepta tradentem in libro Numerorum: *Dixitque Dominus ad eum (Mosem) Tolle filium Num, in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum: qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei praecepta cunctis videntibus, & partem gloriae tuae.* In Deuteronomio etiam sic Deus ad Mosem: *Præcipe Josue, & corrobora eum, atque conforta.* Ex Lino denique versus quosdam affert Aristobulus apud Eusebium, Mosaica doctrina imbutos. Velut ille est: *ἔβδουατην ἀν' οἱ πηλὰσθησῖα πᾶντα πᾶντα. Septimo autem die perfecta ei omnia fuerunt.* Haud equidem credo versus illos esse genuinos, qui Linum ipsum fictitium esse sciam: ex iis tamen apparet, quicunque eos affinxit Lino, hunc habuisse persuasum, eadem Linum ac Mosem de mundi origine tenuisse.
- Amphion*
idem ac Mos
ses.
XXI. Cum Orpheo etiam ac Lino communia multa habet Amphion. Coaevi fuerunt, ut ex Eusebii Canonibus intelligitur. Mercurii filium faciunt Amphionem nonnulli, quod & de aliis duobus itidem dictum est. Lyrae cantu hi tres nobilitati sunt. Lyram ab Apolline Orpheum & Amphionem aiunt accepisse. Inventio citharæ Orpheo à quibusdam, ab aliis Lino, Amphioni à nonnullis addicitur, teste Plinio. Orpheus apud Philostratum tiam gestat, Amphion mitram. Iasoni ad Colchicam expeditionem nomen dedit uterque. Quod feros homines & agrestes uterque ad mitiores vitae cultus traduxerit; feras ille, hic saxa movere cantu, & allicere à fabulatoribus dictus est. Utrique magicarum artium peritia tribuitur; nam de Amphione tradunt id quidem Pausanias & Clemens Alexandrinus. Regia uterque dignitate praeditus fuit: de Amphione certe testificatur Tzetzes. Pari fato occubere Linus & Amphion, Apollinis sagittis confossi, quod se illi aequassent. Quippini, qui Apollo ipse erant, Moses videlicet? Quibus autem rebus Amphioni cum Orpheo & Lino convenit, iisdem fere Orpheo & Lino cum Mose convenire probavimus; unde efficitur iisdem quoque Amphionis & Mosi convenientiam argumentis comprobari. Huc adde & unicum fuisse Amphionis fratrem Zethum, unicum Mosi Aaronem; utrumque infantem expositum; Antiope Amphionis matri patrem ab Homero assignari Aesopum fluvium, quemadmodum & Aegina matri Aëaci, qui Moses est, patrem idem assignatur, ut supra docui; quod in fluvium Moses à matre missus sit, Amphionem à patre Jove institutum, citharæ cantum reperisse, ut apud Plutarchum tradit Heraclides; quemadmodum Moses à Deo praeceptis instructus eximia inventa protulit; juxta alios, discipulum Mercurii fuisse Amphionem, lyramque ab eo, atque alia præclara dona accepisse; ac primum aram Mercurio excitasse. Quibus cognoscitur quanta Mercurium inter & Amphionem intercesserit necessitudo & affinitas; tanta certe, quanta esse potuit maxima, adeo ut unus idemque essent, nempe Moses.
- Eumolpus*
XXII. En tibi rursus Mosem in Eumolpo: nam & tempora consentiunt; fi-